

LIBER GENESIS 14,1-24 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Factum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex
Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentium.

*Et fuit in diebus Amraphel regis Sinhar, Arioch rex Elasar, Chedorlahomer
rex Helam, & Tidhal rex gentium.*

(A) Factum est autem in regno Amarfal regis Sennar.

(H) Factum est autem in illo tempore ut Amrafel rex Sennaar et Arioch rex Ponti et Chodorlahomor rex Elamitarum et Thadal rex Gentium.

Factum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar et Arioch rex Ellasar et Chodorlahomor rex Elam et Thadal rex gentium.

Es geschah in den Tagen des Amraphel, des Königs von Sinar, Arjokh, des Königs von Ellasar, Kedorlaomer, des Königs von Elam, und Tidal, des Königs von Gojim.

Es geschah in den Tagen Amrafels Königs von Schinear, Arjochs Königs von Elafsar, Kdor-Laomers Königs von Elam und Tidals Königs von Gojim.

2 Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Sennaab regem Adamae, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balae: ipsa est Segor.

Fecerunt bellum cum Berah rege Sedom, & cum Birsah rege Hamorah, Sinab rege Admah, & Semeber rege Seboim, & rege Belah, ipsa Sohar.

(H) Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum et contra Bersa regem Gomorrae et contra Sennaab regem Adamae et contra Semeber regem Seboim

(O) et rex Bale haec est Segor.

(H) contraque regem Balae ipsa est Segor.

Inirent bellum contra Bara regem Sodomae et contra Bersa regem Gomorrae et contra Sennaab regem Adamae et contra Semeber regem

Seboim contraque regem Belae; ipsa est Segor.

Man führte Krieg mit Bera, dem König von Sedom, und mit Birscha, dem König von Amora, Sineab, dem König von Adma und Semeber, dem König von Seboim und dem König von Bela, das ist Soar.

Die machten Krieg mit Bara König von Sodom, Birscha König von Gomorra, Schinab König von Adma, Schemeber König von Zbojim und dem König von Bala, das ist Zoar.

3 Omnes hi convenerunt in vallem Sylvestrem, quae nunc est mare salis.

Omnes isti convenerunt ad vallem Siddim: Ipsa mare salis.

(O) Omnes hi consenserunt apud vallem salsam hoc est mare salis.

(H) Omnes hi[i] convenerunt in vallem Silvestrem quae nunc est mare salis.

Omnes hi convenerunt in vallem Siddim, quae nunc est mare Salis.

All diese lagen beieinander am Tale der Siddim, das ist das Salzmeer.

Im Tale von Sfiddim, das ist nun das Salzmeer, verbanden sich diese alle.

4 Duodecim enim annis servierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.

Ad duodecim annos servierunt Chedorlahomer, & tertio decimo anno rebellarunt.

(H) Duodecim enim annis servierant Chodorlahomor et tertiodecimo anno recesserunt ab eo.

Duodecim annis servierant Chodorlahomor et tertio decimo anno recesserunt ab eo.

Zwölf Jahre dienten sie dem Kedorla`omer, und im dreizehnten empörten sie sich.

Zwölf Jahre waren sie Kdor-Laomer dienstbar gewesen und im dreizehnten Jahr hatten sie sich empört.

5 Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo: Percusseruntque Raphaim in Astaroth Carnaim, & Zuzim cum eis, et Emim in Save Cariathaim.

Et in decimoquarto anno venit Chedorlahomer, & reges qui cum eo: Et percusserunt Rephaim in Astheroth Charnaim, & Zuzim in Ham, & Emim in Saveh Chiriathaim.

(A) Quartodecimo autem anno Godollogomor et reges qui cum eo

(O) et conciderunt gigantes in Astaroth Carnaim et gentes fortes simul cum eis et Ommaeos in Sauhe civitate.

(H) Igitur anno quartodecimo venit Chodorlahomor et reges qui erant cum eo percusseruntque Rafaim in Astaroth Carnaim et Zuzim cum eis et Emim in Save Cariathaim.

Igitur anno quarto decimo venit Chodorlahomor et reges, qui erant cum eo, percusseruntque Raphaim in Astharothcarnaim et Zuzim in Ham et enim in Savecariathaim.

Und im vierzehnten Jahre kam Kedorla`omer und die Könige, die mit ihm waren, und sie schlugen die Rephaim in `Asterot Karnajim und die Susim in Ham und die Emim im Sawe Kirjatajim.

Im vierzehnten Jahr aber kam[en] Kdor-Laomer und die Könige, die mit ihm waren, sie schlugen die Refaer in Aschtrot-Karnajim, die Suser in Ham, die Erner in der Ebene von Kirjatajim.

6 Et Chorraeos in montibus Seir, usque ad campestria Pharan, quae est in solitudine.

Et Chori in monte eorum Sehir, usque ad planiciem Paran, quae super desertum.

(A) Et Correos qui in montibus Seir.

(H) Et Chorreos in montibus Seir usque ad campestria Pharan quae est in solitudine.

Et Chorraeos in montibus Seir usque ad Elpharan, quae est in deserto.

Und den Hori in ihrem Gebirge Se`ir bis El Paran, das an der Wüste.

Und den Choriter in ihrem Gebirge Sfeir bis El Paran, das an der Wüste ist.

7 Reversique sunt, & venerunt ad fontem Misphar, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionem Amalecitarum, & Amorrhaeum qui habitabat in Asasonthamar.

Et redierunt, & venerunt ad Hen Misphath; ipsa cades: & percusserunt omnem agrum Amalechitae, & etiam Emoraeum habitantem in Chaseson Thamar.

(I) Et regressi venerunt ad fontem iudicii hic est Cades et interfecerunt omnes

principes Amalec et Amorrhaeos qui habitabant in Sasantem.

(H) Reversique sunt et venerunt ad fontem Mesfat ipsa est Cades et percusserunt omnem regionem Amalechitarum et Amorream qui habitabat in Asasonthamar.

Reversique sunt et venerunt ad fontem Mesphat; ipsa est Cades. Et percusserunt omnem regionem Amalecitarum et etiam Amorraeum, qui habitabat in Asasonthamar.

Und sie wandten sich um und kamen nach `En Mispat, das ist Kades, und schlugen das ganze Gefilde des Amaleki und auch den Emori, der in Hasason Tamar.

Sie kehrten um und kamen nach Rechtspruch-Quell, das ist Kadesch, und schlugen alles Gefild des Amalekiters und den Amoriter auch, der in Chazazon-Tamar saß.

8 Et egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhae, rexque Adamae, & rex Seboim; necnon et rex Balae, quae est Segor: et direxerunt aciem contra eos in valle Sylvestri.

Et egressus est rex Sedom, & rex Hamorah, & rex Admah, & rex Seboim, & rex Belah: ipsa Sehar, & ordinaverunt cum eis bellum, in valle Siddim.

(H) Et egressi sunt rex Sodomorum et rex Gomorrae rexque Adamae et rex Seboim necnon et rex Balae quae est Segor

(O) Et direxerunt contra eos aciem ad bellum in valle Salinarum

(H) Et direxerunt contra eos aciem in valle Silvestri.

Et egressi sunt rex Sodomae et rex Gomorrae rexque Adamae et rex

**Seboim necnon et rex Belae, quae est Segor; et direxerunt contra eos
aciem in valle Siddim.**

**Da zog(en) der König von Sedom und der König von Amora und der
König von Adma und der König von Seboim und der König von Bela,
das ist Soar, aus und ordneten die Schlachtreihe gegen sie im Tale der
Siddim.**

**Aus fuhr der König von Sodom, der König von Gomorra, der König von
Adma, der König von Zbojim und der König von Bala, das ist Zoar, sie
rüsteten Kriegsmacht gegen sie im Tale Sfiddim.**

9 Scilicet adversus Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem
Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor
reges adversus quinque.

*Cum Chedorlahomer rege Helam, & Tidhal rege gentium, & Amraphel
rege Sinhar, & Arioch rege Elasar, quatuor reges cum quinque.*

(H) Scilicet adversum Chodorlahomor regem Elamitarum et Thadal regem
Gentium et Amrafel regem Sennaar et Arioch regem Ponti quat[t]uor reges
adversus quinque.

**Scilicet adversus Chodorlahomor regem Elam et Thadal regem gentium
et Amraphel regem Sennaar et Arioch regem Elasar: quat[t]uor reges
adversus quinque.**

**[und zwar] gegen Kedorla`omer, König von `Elam und Tid`al, König
von Gojim, und Amraphel, König von Sin`ar und Arjokh, König von
Ellasar, vier Könige gegen die fünf.**

**Gegen Kdor-Laomer, König von Elam, Tidal, König von Gojim,
Amrafel, König von Schinear, und Arjoch, König von Elafsar, vier
Könige, das gegen jene fünf.**

10 Vallis autem Sylvestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex
Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibi: et qui
remanserant, fugerunt ad montem.

*Et vallis Siddim putei [putei] caementi; et fugerunt rex Sedum, & Hamorah,
& ceciderunt ibi: & residui in montem fugerunt.*

(H) Vallis autem Silvestris habebat puteos multos bituminis itaque rex
Sodomorum et Gomorrae terga verterunt cecideruntque ibi et qui remanserant
fugerunt ad montem.

**Vallis autem Siddim habebat puteos multos bituminis. Itaque rex
Sodomae et Gomorrae terga verterunt cecideruntque illuc; et, qui
remanserant, fugerunt ad montem.**

**Es war aber das Tal der Siddim [voll] lauter Asphaltgruben, und als
der König von Sodom und der von Amora flohen, fielen sie da hinein,
und die Übriggebliebenen flohen ins Gebirge.**

**Das Tal Sfiddim aber ist: Erdpech, Grube an Grube. Als nun der König
von Sodom und der von Gomorra flohen, warfen sie sich hinein, die
Übrigen flohen ins Gebirg.**

11 Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorrhæ, & universa
quae ad cibum pertinent, & abierunt.

Et ceperunt omnem substantiam Sedom & Hamorah, & omnem escam eorum, & abierunt.

(I) Et tulerunt omnem equitatum Sodomorum et Gomorrae.

(H) Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrae quae ad cibum pertinent et abierunt.

Tulerunt autem omnem substantiam Sodomae et Gomorrae et universa, quae ad cibum pertinent, et abierunt.

Und welche nahmen die ganze Fahrhabe von Sedom und Amora und ihre ganzen Lebensmittel und gingen davon.

Jene aber nahmen alle Habe von Sodom und Gomorra und all ihren Essvorrat und gingen davon.

12 Necnon & Lot & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis [tulerunt et abierunt].

Et ceperunt Loth, & substantiam eius, filium fratris Abram, & abierunt.

Et ipse sedens in Sedom.

(M) Ceperunt autem etiam Loth filium fratris Abr[ah]ae et discesserunt.

(H) Necnon et Loth et substantiam eius filium fratris Abram qui habitabat in Sodomis.

Ceperunt et Lot et substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodoma.

Und welche nahmen den Lot und seine Fahrhabe, den Brudersohn Abrams, und gingen davon, und er war wohnhaft in Sedom.

Auch Lot nahmen sie mitsamt seiner Habe, den Brudersohn Abrams,

und gingen davon, der war ja in Sodom ansässig.

13 Et ecce unus qui evaserat, nuntiavit Abram Hebraeo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhaei, fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerant foedus cum Abram.

Et venit qui evaserat, & nuntiavit Abram Hebraeo: & ipse habitans in Quercubus Mambre Emori, fratris Eschol, & fratris Haner, & ipsi viri foederis Abram.

(A) Adveniens autem eorum qui evaserunt quidam (I) nuntiavit Abram transfluviali ipse autem habitabat ad quercum Mambre Amoris fratris Excol et fratris Aunan (E) qui erant coniurati Abram.

(H) Et ecce unus qui evaserat nuntiavit Abram Hebreo qui habitabat in convalle Mambre Amorrei fratris Eschol et fratris Aner hii enim pepigerant foedus cum Abram.

Et ecce unus, qui evaserat, nuntiavit Abram Hebraeo, qui habitabat iuxta Quercus Mambre Amorraei fratris Eschol et fratris Aner; hi enim pepigerant foedus cum Abram.

Da kam ein Flüchtling und berichtete es Abram, dem Hebräer, und der verweilte bei den Terebinthen des Emoriters Mamre, des Bruders von Eskol und des Bruders von `Aner, und sie waren Bundesgenossen Abrams.

Ein Entronnener kam und meldete es Abram, dem Ebräer, der wohnte an den Steineichen Mamres des Amoriters, des Bruders von Eschol und Bruders von Aner, die waren Abrams Bundesmeister.

14 Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos, trecentos decem & octo: & persecutus est usque Dan.

Et audivit Abram quid captivatus est frater suus: et expedit initiatos suos, natos domus suae, octodecim & trecentos; & persecutus est usque ad Dan.

(E) Cum autem audisset Abr[ha]m quia captivus ductus est Lot frater suus numeravit vernaculos suos trecentos decem et octo et persecutus est (O) eos usque Dan.

(H) Quod cum audisset Abram captum videlicet Loth fratrem suum numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo et persecutus est eos usque Dan.

Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo et persecutus est usque Dan;

Als Abram hörte, dass sein Bruder gefangen sei, zog er seine Pfleglinge, seine Hausgeborenen heraus, dreihundertundachtzehn und setzte nach bis Dan.

Als Abram hörte, dass sein Bruder gefangen war, schüttete er seine Eingeweihten, seine Hausgeborenen aus, dreihundertundachtzehn, und folgte bis Dan.

15 Et divisis sociis, irrui super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos usque Hoba, quae est ad laevam Damasci.

Et divisit se super eos nocte, ipse & servi eius, & percussit eos, & persecutus est eos usque ad Chovah, quae a laeva Dammesech.

(H) Et divisit sociis inruit semper eos nocte percussitque eos et persecutus est

(M) usque Choba quae est ad dextram Damasci.

(H) usque Hoba quae est ad laevam Damasci.

Et, divisit sociis, irruiit super eos nocte percussitque eos et persecutus est eos usque Hoba, quae est ad laevam Damasci;

Und er teilte sich (?) gegen sie des Nachts, er und seine Knechte, und schlug sie und verfolgte sie bis Hoba, welches links von Damesek [Damaskus] ist.

Er teilte sich wider sie in der Nacht, er und seine Dienstleute, er schlug sie und verfolgte sie bis Choba, das links von Damaskus ist.

16 Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius; mulieres quoque & populum.

Et reduxit omnem substantiam, & etiam Loth fratrem suum, & substantiam eius reduxit: Et etiam mulieres & populum.

(I) Et reduxit omnem equitatum Sodomorum et Lot fratrem suum revocavit et substantiam.

(H) Reduxitque omnem substantiam et Loth fratrem suum cum substantia illius mulieres quoque et populum.

Reduxitque omnem substantiam, necnon et Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque et populum.

Und er brachte alle Fahrhabe zurück, und auch den Lot, seinen Bruder,

und seine Fahrhabe brachte er zurück, und auch die Frauen und das Volk.

Er brachte alle Habe zurück, und auch Lot, seinen Bruder, und dessen Habe brachte er zurück, und die Weiber auch und das Volk.

17 Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius, postquam reversus est a caede Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quae est vallis regis.

Et exivit rex Sedom in occursum eius, post reverti ipsum a percutiundo Chedorlahomer, & reges qui cum eo, ad vallem Saveh, ipsa vallis regis.

(I) Exivit autem rex Sodomorum in obviam Abr[ah]ae postquam regressus est ab illo Codorlamor rege et regum qui fuerunt cum eo in Caldad Siud in campo regum.

(H) Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius postquam reversus a caede Chodorlahomor et regum qui cum eo erant in valle Save quae in campo regum.

Egressus est autem rex Sodomaë in occursum eius, postquam reversus est a caede Chodorlahomor et regum, qui cum eo erant, in vallem Save, quae est vallis Regis.

Da zog der König von Sedom hinaus, ihm entgegen, nachdem er zurückgekehrt war, >>von dem Sieg über Kedorla`omer und die Könige, die mit ihm waren<<, zum Tale Sawe, das ist das Königstal.

Der König von Sodom fuhr aus, ihm entgegen, nachdem er zurückkehrte vom Schlag gegen Kdor-Laomer und gegen die Könige, die mit ihm

waren, ins Tal Schawe, das ist das Königstal.

18 At vero Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum, (erat enim Sacerdos Dei altissimi).

Et Malchisedech rex Salem eduxit panem & vinum. Et ipse sacerdos Deo altissimo. Et benedixit ei, & dixit: Benedictus Abram Deo altissimo possessori coeli & terrae.

(L) Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum fuit autem sacerdos dei summi.

(H) At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum erat enim sacerdos dei altissimi.

At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum erat enim sacerdos Dei altissimi.

Und Malki-Sedek, König von Salem, brachte Brot und Wein heraus – er war Priester des höchsten Gottes.

Malki-Zedek aber, der König von Salem, führte heran Brot und Wein, Priester war der dem Hohen Gott.

19 Benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit coelum & terram.

Et benedixit ei, & dixit: Benedictus Abram Deo altissimo possessori coeli & terrae.

(L) Et benedixit Abra[ha]m (E) dicens benedictus Abram deo summo qui creavit caelum et terram.

(H) Benedixit ei et ait benedictus Abram deo excelso qui creavit caelum et terram.

Benedixit ei et ait: “Benedictus Abram a Deo excelso, qui creavit caelum et terram.

Und er segnete ihn: >>Gesegnet Abram dem höchsten Gotte, dem Eigner Himmels und der Erde.

Und segnete ihn und sprach: Gesegnet, Abram, dem Hohen Gott, Stifter von Himmel und Erde!

20 Et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

Et benedictus Deus altissimus, qui tradidit hostes tuos in manu tua. & dedit ei decimam de omnibus.

(I) Et benedictus deus excelsus qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas

(E) et dedit ei decimas ab omnibus suis.

(H) Et benedictus deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt et dedit ei decimas ex omnibus.

Et benedictus Deus excelsus, qui tradidit hostes tuos in manus tuas”.

Et dedit ei decimas ex omnibus.

Und gesegnet der höchste Gott, der deine Feinde in deine Hand verliehen hat!<< Da gab er ihm Zehnten von allem.

Und gesegnet der Hohe Gott, der deine Dränger in deine Hand geliefert hat. Er aber gab ihm den Zehnten von allem.

21 Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, caetera tolle tibi.

Et dixit rex Sedom ad Abram: Da mihi animam, & substantiam cape tibi.

(M) Et dixit da mihi homines equos autem sume tibi.

(H) Dixit autem rex Sodomorum ad Abram da mihi animas cetera tolle tibi

Dixit autem rex Sodomae ad Abram: “Da mihi animas; substantiam tolle tibi”.

Darauf sprach der König von Sedom zu Abram: Gib mir die Menschen, und die Fahrhabe nimm für dich!

Der König von Sodom sprach zu Abram: Gib mir das Menschenwesen, die Habe nimm dir!

22 Qui respondit ei: Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem coeli & terrae.

Et dixit Abram ad regem Sedom: Levavi manum meam ad Dominum Deum Altissimum, possessorem coeli & terrae.

(I) Et dixit Abram ad regem Sodomorum extendo manum meam ad deum altissimum qui fecit caelum et terram.

(H) Qui respondit ei levo manum meam ad dominum deum excelsum possessorem caeli et terrae.

Qui respondit ei: “Levo manum meam ad Dominum, Deum excelsum, creatorem caeli et terrae,

Da sprach Abram zu dem König von Sedom: Ich erhebe meine Hand zu IHM, dem höchsten Gott, dem Eigner des Himmels und der Erde.

Abram sprach zum König von Sodom: Ich hebe meine Hand zu I h m,

dem Hohen Gott, dem Stifter von Himmel und Erde.

23 Quod a filo subsegminis usque ad corrigiam caligae, non accipiam ex omnibus quae tua sunt; ne dicas, ego ditavi Abram.

Si a filo & usque ad corrigiam calceamenti, & si accipiam ex omni quod tibi, & non dices: Ego ditavi Abram.

(E) Si a sparto usque ad corrigiam calciamenti (I) accipiam ab omnibus tuis

(M) Ne dicas quia ego divitem feci eum.

(H) Quod a filo subteminis usque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus quae tua sunt ne dicas ego ditavi Abram.

A filo subteminis usque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus, quae tua sunt, ne dicas: "Ego ditavi Abram".

Wenn vom Faden bis zum Schuhriemen – wenn ich annähme von allem, was dein! – dass du nicht sagest: >>ich, ich habe den Abram reich gemacht!<<

Wenn von Faden bis Schuhriem, wenn ich nehme aus allem, was dein ist, ...! Dass du nicht sprichst: Ich habe Abram reich gemacht.

24 Exceptis his, quae comederunt iuvenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol & Mambre: isti accipient partes suas.

Praeter tantum quae comederunt pueri, & partem virorum, qui iverunt mecum: Haner, Eschol & Mamre, ipsi accipiant partem suam.

(M) Iuvenes

(H) Exceptis his quae comederunt iuvenes et partibus virorum qui venerunt

mecum Aner Eschol et Mambre isti accipient partes suas.

**Exceptis his, quae comederunt iuvenes, et partibus virorum, qui
venerunt mecum, Aner, Eschol et Mambre: isti accipient partes suas”.**

**Von mir sieh ab! Nur, was die Leute verzehrt haben und der Anteil der
Männer, die mit mir gezogen sind, Aner, Eskol und Mamre – sie sollen
ihren Anteil nehmen.**

**Ohne mich! Nur was die Knappen verzehrten, und den Anteil der
Männer, die mit mir gegangen sind, Aner, Eschkol und Mamre, - die
lass´ ihren Anteil nehmen.**